Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



electis ad uenus dispersionis ponti galacie
cappadocie asye et bithynie secundum presciam dei
patris in sanctificatione spiritus in obedientiam et aspersionem sanguinis ihu xpi gratia vo
bis et pax multiplicet. Benedictus deus et pater
domini nri ihu xpi. qui secundum magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem
ihu xpi ex mortuis in hereditatem incorruptibilem et incontaminatam ~~in celis~~ et in manet
sibi in conseruatam in celis in nobis qui
in virtute dei custodimur per fidem in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo in q
exultabitis modicum. nunc si oportet contristari in uariis temptationibus. ut probatum fidei
multo preciosior sit auro quod per ignem pro
batur inuenietur in laudem et gloriam et ho
norem in reuelatione ihu xpi dni nri. Gra. O
mine preueniste eum in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. V. Vitam
petiit et tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi.
Tractus. Beatus vir. Secundum matheum
In illo tpe. Cum uenisset ihus in partes cesaree
philippi interrogabat discipulos suos di
cens. Quem dicunt homines esse filium
hominis. At illi dixerunt. Alii iohannem bap
tistam. Alii autem heliam. Alii vero ieremiam
aut unum ex prophetis. Dicit illis ihus. Vos
autem quem me dicitis esse. Respondens simon pe